

1693

P O L E M I C I

1694

cas XLIX. ejus vero loco adtexta est primum Institutio quaedam: *Quomodo sit orandum*, dein succedunt *Sermones* aliquot de Natali et Passione Domini, et Miraculum S. *Marci*, et tum demum, certe Librarii errore, haec formula: *Explicit summa magistri alani de arte predicandi. Finitus est sabbato post festum sancti Jacobi apostoli maioris In Anno domini ab incarnatione eiusdem Millesimo Trecentesimo. LX. IX.*

VI. fol. 259. p. 2. Sermones III. Prior de Spiritu S. in illud: *Paracletus spiritus sanctus. Job. 15. In verbis istis circa missionem s. s. tria tanguntur &c.* Alter Dom. XI. post Pentec. in illud: *Aperte sunt aures eius &c. Matth. 7. In istis uerbis describuntur duo &c.* Tertius de extremo Judicio in illud: *Tunc videbunt filium hominis in nube &c. Luc. 21. Postquam in precedenti sermone de libris eterni iudicis diximus &c.*

CCCCXXXI.

⁹²³ Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 222. 4. probe scriptus et rubricis distinctus Partes *Scripturae sacrae per Quadragesimam* in Ecclesia legi solitas exhibet, ita exaratas, ut inter lineas locus relictus sit Commentariis, qui caractere minori inferuntur. Initium ductum est a die *Cinerum* hoc modo: *Imutemur habitu, in cinere et cilicio ieiunemus et ploremus ante dominum. Ubi Commentarius: Hijs verbis*

omnes generaliter invitamur ad penitentiam, que principaliter in quadruplici consistit opere prout verbis propositis demonstratur &c. Job. Hussi Opus est, ut dictum Cod. praeced. quem consule; sed hic plenius, et desinens in *Domini Passionem* e IV. Evangelistis concinnatam, quae legitur etiam in *Opp. omn. edit. 1715. T. II. p. 8. Glossae bohemicae* per totum vagantur. Ad calcem adduntur: *Sermo de Resurrectione* in illud: *Resloruit caro mea. Ps. 27. imperfectus. Expositio Antiphonae Regina Coeli, et Contemplatio Passionis Dominicae, quae incipit: Postquam perpendo iniuriam que facta est Christo nocte hac &c. quam pariter inchoatam destituit Librarius.*

CCCCXXXII.

Codex chartaceus lat. Sec. ⁹²² XV. Folior. 236. 4. ab una manu in Bohemia exaratus et rubricis distinctus continet sequentia: I. *Incipiunt dicta Magistri Johannis de Hussynecz contra Cruciatam fulminatam per johannem papam viceissimum tertium in ladislaum Regem napulie* (Neapolis s. Apuliae) *cum suis complicibus Anno domini M^o. CCCC^o. XIII. Initium: Triplici ratione ad presens negotium urgeor &c. Nihil hoc negotium ad Hussum. Tractatus iste alias etiam de Indulgentiis inscribitur, extat edit. Opp. 1715. T. I. p. 215. Vide et Indicem.*

II. fol. 21. p. 2. *Sequitur alia Replica in secundo actu Magistri Joban-*

H h 3

1695

C O D I C E S

1696

Johannis hufs pro alio articulo verificando a doctoribus in pretorio condemnato. Post condemnationes Anglicas, Romanas, Parisinas anno saltem 1408. damnati sunt etiam a DD. Pragenis in domo Nationis ad nigram Rosam XLV. Articuli Wiclefiani, praesente et consentiente Husso, ut testatur *Job. Przibramius* ἀνορθως in sua *Professione Fidei* edita ad calcem *Hist. Hussit. Job. Cochleii*. Mutata mente propugnavit *Articulum XIV.* de Excommunicatione in actu primo 1412. ut habetur edit. *Opp. cit.* p. 139. et eod. anno in actu, ut supra dicitur, *secundo Articulum XVII.* de Ablatione Bonorum a Clero. Initium hujus Replica: *Ad honorem omnipotentis dei et domini ihesu christi &c.* ut edit. *cit.* p. 146. et nobis alibi.

III. fol. 31. p. 2. *Item alterius articuli replica ipsius Magistri Hufs.* Initium: *Cum necessario (um) sit hominibus ratione vigentibus ueritatem audire &c.* Ὑπερασπισιν hic agit *Articuli Wiclefiani XVIII.* de Decimis. Extat haec Replica edit. *cit.* p. 156. ubi *Actus tertius* audit. Nobis alibi.

IV. fol. 34. p. 2. *Item pro alio articulo Magistri predicti replica.* *Nullus est dominus ciuilis, nullus est prelatus, nullus est episcopus dum est in mortali peccato.* Articulus iste est XV. inter damnatos *Wiclefi*. Replica incipit: *Articulus tria continet. Primum nullus est dominus &c.* et extat edit. *cit.* p. 159. Nobis alibi. Sub-

jecta est huic Replica Claufula generalis: *Explicunt posiciones pro articulis a doctoribus condemnatis, quas fecit Magister Johannes Hus per aliquot vices in leetorio Theologorum Anno Domini MCCCC^o 12.*

V. fol. 44. *Sequitur posicio Magistri Jacobelli de Misa quam fecit pro articulo condemnato videlicet ditare clerum est contra regulam cristi ihesu.* Iste est *articulus tricesimus secundus.* Initium: *Suppono quod regula cristi in proposito vocetur ueritas vite et doctrine cristi &c.* Ut alibi. Ad calcem: *Et sic est finis posicionis Magistri Jacobelli quam fecit Anno domini M^o 12. pro articulo supradicto.*

VI. fol. 52. p. 2. absque Inscriptione Apologia quaedam, quae edit. *supracit.* p. 168. dicitur: *Replica Magistri Johannis Hufs contra occultum Adversarium.* Anno 1411. et incipit: *Quia predicando ewangelium ad populum dixeram &c.* Oggeserat Adversarius hic Husso, quod praedicatione sua legem Dei, et sacerdotium destruat. Vide et alibi.

VII. fol. 66. *Utrum christus omnem sanguinem qui de corpore suo effluxit in ea hora resurrectionis glorificauit.* Est Quaestio ab Husso ventilata, ut edit. *cit.* p. 191. et nobis *Cod. CCCCXXI.* quem adi.

VIII. fol. 81. *Dodecas Sermonum ad Clerum, quorum plurimi ἀδελφοτοι, qui an ad Hufsum, an ad Jacobellum, alium-*
ve

1697

P O L E M I C I.

1698

ve referri debeant, ignoro. 1.) In illud: *Induite nouum hominem.* Init: *Cogitanti michi ex animo, quis et qualis ego sum &c.* 2.) In illud: *Beati pauperes spiritu &c.* Init: *Venerabiles patres magistri et domini. Cristus altissimus dominus super omnem terram &c.* 3.) In illud: *Vos estis sal terre &c.* Addit Rubrica: *Sermo M. Jaco. de Misa*, et tamen edit. *suprac. T. II. p. 70.* inter *Hussianos* accensetur. Init: *In festiuitatis hodiernae officio verba saluatoris nostri &c.* 4.) In illud: *Spiritum nolite extinguere.* Init: *Quia nisi sit intus, qui doceat &c.* et habetur edit. *cit. T. II. p. 66.* 5.) In illud: *Accipiebant spiritum sanctum.* Init: *Nisi que esset diuersitas spirituum &c.* Cod. CCCCIV. tribuitur *Jacobello.* 6.) In illud: *Dominum deum tuum adorabis.* Init: *V. P. M. et domini amonentur in hijs verbis diuini precepti &c.* 7.) In illud: *Ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix &c.* Init: *Cogitante me quid liceret et expediret loqui &c.* Codd. CCCCIV. et alibi adscriptus *Jacobello.* 8.) In illud: *Hec omnia tibi dabo si cadens &c.* Init: *In Exordio huius sermonis antequam ad dicenda procedatur &c.* In Cod. posterius *cit.* item *Jacobello* datus. 9.) In illud: *Dilexerunt homines magis tenebras &c.* Init: *Honorabiles P. M. et domini. Illa que sunt dicenda in sermonibus &c.* ut alias. 10.) In illud: *Videns Iesus Ciuitatem fleuit &c.* Init: *V. P. M. et domini. benignissimus ac summe sapiens*

dominus ihesus &c. 11.) In illud: *Lex propter transgressores posita est.* Praescribitur: *Sermo Magistri Petri de Stupna pie memorie.* Init: *Gratia domini nostri &c.* Cum in medio magistrorum me intueor &c. De Autore nil reperio adnotatum. 12.) In illud: *Vos estis sal terre &c.* *Saluator noster ad ostendendum officium sacerdotale &c.* Laudabilis sane mos ad collectos Academicos de rebus sacris differendi, modo absit acerbitas, qua sibi non satis temperarunt quidam nostri hic *Αναγνώσαι.*

IX. fol. 145. p. 2. Quaestiones III. ventilatae. Prior: *Vtrum humanitas Christi cultu latræ sit adoranda.* Concluditur: *Supreme post Deum adorandam esse, sed non ex se.* Altera: *Vtrum aliquid lege diuina prohibitum possit in aliquo casu homini esse licitum.* Concluditur negando. Atque haec jam pluries relata ad calcem habet: *Finitur Determinatio Magistri Jacobelli quod prostibularie et publicani sunt destruendi.* Tertia: *Vtrum in transsubstantiatione panis in corpus christi incipiat esse corpus christi.* Iterum negando concluditur.

X. fol. 149. p. 2. ἀνεπίρητος *Job. Husi* Defensio Libri *Wiclessiani de Trinitate*, cuius initium: *Tres sunt, qui testimonium dant &c.* ut edit. *suprac. T. I. p. 131.* ubi anno 1410. adsignatur.

XI. fol. 153. p. 2. *Vtrum possit summus princeps in executione sui mandati a minore principe*

1699

CODICES

1700

pe impediri. Conclufione quarta et ultima admittitur, poffe ab iniquo ecclefiaftico uel alio quoad effe mandati fecundum feu gratie create. Titivillitium.

XII. fol. 165. pariter ἀνετι-
γεαφως Defenfio Libri Wiclefiani de Decalogo. Incipit: Cum summa libri decalogi Magiftri Job. Wigleff in qua continetur veritas vite &c. Videtur abrupta; ftatim enim altera pagina fuccedit

XIII. Defenfio Libri Wiclefiani de Ideis, hic ἀδεσποτος, fed Cod. CLXXXI. infcripta M. Procopio de Plzna, hoc initio: Quia plurimi contra magiftrum Johannem Wigleff funt in tantum exacerbati &c. Procopium hunc regno eieftum a Job. Rokyczana a. 1427. lego in Balbini Boh. dofta P. I. p. 63.

XIV. fol. 169. p. 2. pariter absque Titulo Job. Hufi Replica contra Job. Stockes Anglum jam adlata alias. Ejus initium: Cum quilibet homo ratione vigenf &c. Extat itidem edit. cit. T. I. p. 135.

XV. fol. 172. p. 2. Expofitio Proprietatum et Membrorum Deo ἀλλυγοεικως in facris Literis tributorum, quae incipit: Incorporeus eft, quia nullis membrorum liniamentis compositus &c. et lecta eft absque ordine ex Eucherii Lugd. Libri Formularum fpiritualis intelligentiae C. 1. et 2. prout extat Bibl. PP. Lugd. T. VI. p. 825.

XVI. fol. 176. Fragmentum Epiftolae Hieronymi ad Pauli-

num relatum jam alibi hoc initio: Obfecro te Pauline kariffime ut multitudines hominum &c. Edit. Vallarf. T. I. n. 58.

XVII. fol. 177. Sequitur pofficio Magiftri Jacobelli de Mifa, que eft de antichrifto. Quam poffuit in de quolibet. pro tunc quodlibetario existente Magiftro Michaele difto Czyzek Anno domini M^o. CCCC. 12. Jam adlata Cod. CCCCIV. ubi Quodlibetarius audit M. Czifko. Initium: Vtrum ficut ex fcriptura plene conftat &c.

XVIII. fol. 185. p. 2. ἀνετι-
γεαφως Job. Hufi Quaefitio de arguendo Clero pro Concione. Init: Circa preparacionem ewangelij de qua diftum eft &c. Ut Codd. variis, et edit. cit. T. I. p. 185.

XIX. fol. 191. Anno Domini M^o. CCCC^o. 11. Currente Interdifto Archiepifcopi per Pragam et circum duo miliaria ob areftationem cenfuum facerdotum, quando preconica voce mandat dominus Rex Wenceslaus ut finguli fua officia exerceanf. Initium: Ait Dominus feruo: Exi in vias et fepes et compelle. Luc. 14. Duplex feruus per Saluatorem in ewangelio exprimitur. Primus ut vocet, alius ut compellat &c. Adfumitur probandum, Sacerdotes debere potius obtemperare mandato Regis, quam Archiepifcopi. Non dubito Scriptum iftud ad Hufum pertinere, qui etiam in Replica contra occultum Adverfarium edit. faepe cit. T. I. p. 173. ait: Coeperat autem Illuftriffimus —
Wen-

1701

P O L E M I C I.

1702

Wenceslaus — eandem exequi Sacerdotibus regulam, præcipiens voce præconica ut unusquisque Sacerdos — in suo ordine deserviret fideliter Deo suo. &c. Ceterum in Impressis non reperi. Ufferat Huffum Alexandri V. et Sbinconis Archiep. Prohibitio, ne in minoribus Sacellis plebem pro concione alloqueretur.

XX. fol. 193. *Magistri Jacobelli de Mysa. Scriptum in eandem cum præcedente sententiam, quod incipit: Ambrosius libro 4. super lucam cap. penult. luce 5. Laxate retia, Est inquit et aliud Apostolicum piscandi genus &c. A nemine, ut puto, indicatum.*

XXI. fol. 194. p. 2. *Joh. Hufs*, ut edit. cit. T. II. p. 39. Sermo Synodalis in illud: *Diliges Dominum Deum tuum &c. qui incipit: In omnibus me defectuosum reperiens &c. Indicatus jam alibi.*

XXII. fol. 202. *Sermo M. Petri de Stupna pie memorie. Sermo itidem Synodalis, qui incipit: In hac sacra venerabilique synodo evangelizaturus Turbatus est in me spiritus, in me turbatum est cor meum. Ps. CXLII. Terret enim presenciam magnatorum ac sapientum pericia &c. Exponit vero illud Apostoli ad Ephes. 4. Renovamini spiritu mentis vestrae. Sermo prolixus et bonae frugis Autoris, de quo, ut jam N. VIII. dixi, nihil traditum reperi.*

XXIII. fol. 210. p. 2. *Sequitur Sermo de contemptu mundi beati Augustini. Initium: Audite Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

fratres karissimi salutiferam patris mei (vestri) doctrinam &c. Spurius. Ut alibi.

XXIV. fol. 212. p. 2. *Sermo de Pudicitia, cujus hic initium: Tunc sacerdotaliter vivimus si illicitos motus sub disciplina cohercemus &c. Varia continet ex Augustini Regula ad Servos Dei T. I. edit. Maur. col. 789. et ex Epistola ad Sanctimoniales T. II. col. 781.*

XXV. fol. 213. p. 2. *Vtrum Moyses legislator fuit sacerdos. Directa est Dissertatio haec, ut circa finem liquet, ad reuerendissimum patrem quendam, fortassis Archiepiscopum Pragen. remque eo deducit, ut concludat: Moysen fuisse Sacerdotem deuota sui oblacione, sed non institutione, Samuelem Sacerdotem vicis vicarie et deuota sui oblacione, sed Aaronem constitutione et deuota sui et hostiarum oblacione.*

XXVI. fol. 216. absque inscriptione *Joh. Huffs* Replica contra Praedicatorem *Plznensem*, quae incipit: *Quidam predicator in Plzna, ut scriptum est mihi, predicat publice &c. et habetur edit. saepe cit. T. I. p. 179. ubi in annum 1412. confertur.*

XXVII. fol. 221. p. 2. rursus ἀνεπίγνωτος *Tractatus Ejusdem de tribus Dubiis factis in Holomutz seu Olomucii, cujus initium: Quia dubitantibus sanum est consulere &c. Extat edit. cit. p. 208. Adi, si lubet, etiam Cod. nostrum CCCCIV.*

I i

XXVIII.

1703

C O D I C E S

1704

XXVIII. fol. 222. p. 2. *Vtrum pollucio nocturnalisi impediatur eucharistiae sumptionem.* Deciditur Quaestio distinguendo, ut oportet.

XXIX. fol. 223. absque Titulo spuria illa *Bernbardo* tributa *Formula honestae vitae*, quae infit: *Petis a me karissime mi frater, quod nunquam &c.* et saepius relata fuit.

XXX. fol. 224. Sermones II. contra ebrietatem ad marginem infimum *Augustino* tributi, quorum prior infit: *Licet propicio deo fratres karissimi, credam vos ebrietatis malum &c.* Alter vero: *Frequenter fratres karissimi karitatem vestram paterna karitate amonui &c.* Extant quidem in *Append. Opp. T. V. edit. Maur. coll. 490. et 493.* sed ad *Caesarium* pertinent, ut ibi. Jam etiam a nobis relatus posterior *Cod. CCLXXVII.*

XXX. fol. 228. ad finem Excerpta e variis PP. puta *Augustino, Bernbardo, Remigio, Hieronymo, Job. Chrysostomo &c.* homiletica.

CCCCXXXIII.

891 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 186. f. partim per duas columnas exaratus, rubricisque distinctus continet I. *Tractatum Contra Bullas.* Est is *Job. Hussi*, et in edit. *Opp. 1715. T. I. p. 215.* inscribitur *Quaestio de Indulgentiis sive de Cruciata Papae Johannis XXIII. fulminata contra Ladislaum Apu-*

lia Regem, ut videlicet Tituli in ea Editione crispari solent. Initium: *Triplici re ad presens negotium urgeor &c.* Abrumpitur ante finem in responso ad *Quintum* his verbis: *falsè sibi primitus adulantes.* Indicatus jam alias.

II. fol. 12. p. 2. *Secuntur Auctoritates de Creare.* Sub hac inscriptione latet *Ejusdem Opusculum* dictum *de sex Erroribus*, quod retulimus jam alibi bohemiace, et latine. Incipit: *Augustinus super Genesin ad literam &c.*

III. fol. 19. p. 2. praemisso Indice, absque titulo *Ejusdem Tractatus de Ecclesia*, ut alibi. Initium itaque: *Cum quilibet viator debet fideliter credere &c. Wiclefum* magistrum audire te credas. Ad calcem: *A bus Nancoczy.*

IV. fol. 91. Fragmentum *Decretalium Gregorii IX.* Incipit: *Perniciosus in tuis partibus inolevit abusus &c.* Finit in *Lucii III. Decretis de Simonia.* Fragmentum istud errore compingentis huc trajectum est; fol. enim 103. sequitur verum initium a Praefatione in *Jus Can.* quae orditur: *Corpus Juris diuiditur in Canonicum Jus et Jus civile &c.* et non nisi fol. 114. emenso antecedens illud subjungi debet.

V. fol. 115. absque titulo et Autoris nomine *Job. Wiclefi Tractatus de Simonia*, qui incipit: *Sententia tractatus de symonia capitulariter sic habetur &c.* et relatus jam est *Cod. CCCXL.* et alias. Una cum infelici Disticho ad calcem, quod et hic recurrit,